

Franckesche Stiftungen zu Halle

Autobiografie von Salomon Negri.

Negri, Salomon

Halle (Saale), um 1715

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-184467](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-184467)

Salomon Negri Damasci Syria in Ecclesia
 Graeca natus est. Cum puer adhuc esset à paren-
 tibus in disciplinam Jesuitarum fuit traditus:
 apud quos nonnihil de Graecis & Latinis ut &
 de Italicis apud Monachos S. Francisci didi-
 cit literis. At tunc paulo provector in Ara-
 bicus eorum nonnullos erudit. Jesuita ipsum
 ad Scientias idoneum esse judicantes, in
 Europam ac praesertim in Galliam itineris
 capebendi auctores fuerunt. Anno itaque
 aetatis suae 18°. Hierosolymorum itinere
 prius confecto, invitis fere parentibus, Pari-
 sios venit. Humanioribus literis in col-
 legio Clavomontani dedit Operam. Conati
 sunt Jesuita ipsum ad amplectendum suum
 institutum pellicere. At deprehensa mala
 ipsorum fide, ut potes qui multa illi in patria
 spoponderant, nimirum fore ut educaretur
 inter nobiles suos alumnos & omnia ad votum
 haberet, quae minime praestiterunt, ipse se
 infirmae valetudinis causa expedit e manibus eorum,
 & quidem non inimice. Per quatuor deinde
 annos Philosophia & Theologia in Parisensi

Academia & Sorbona, ^{studuit} dum Bibliothecarij munere
 fungeretur apud Nobilem Abbatem de Caumartin
 Ministri de Lontchartrain affinem. Postea cepit
 docere linguam Arabicam privatim. Fuit & aliquan-
 diu Auditorum Socijs & à Secretis Marchionis de
 Blainville, regis Ministri de Torci cognati.
 Inità Rixvicensi pace, à primo regis Biblio-
 theca Custode, Abbate de Louvois, promissum illi;
 tempore belli in Bibliotheca, munus oblatum
 fuit; at ille qui id per quinque annos expecta-
 verat, cum audiret tam exiguum assignari stipen-
 dium, (ut proter quingenta tantum erant librae)
 offensus, recusavit & in Angliam se recepit.
 Londini in Schola S. Pauli apud Doctorem
 Postethueth per aliquod tempus, ^{nonnullos} ejusdem loci
 alumnos instituit in lingua Arabica & Gallica.
 Interca ipsum inter & D. Ludovicu falo functu
 Principis Georgij Dani olim à Secretis intercessit
 necessitudo ac familiaritas. Hic ipsi, ut in
 Germaniam, Halam Saxonu praesertim, veniret
 suavit. Hala ferè per annu degens, tractavit
 non nulla in gratiam multoru studiorum
 in Arabicis. Adversa verò valetudine inde

innotuit

invitatus (ut prole Christiane ac per humaniter ex-
 ceptus fuerat) in Italiam est profectus. Per-
 lustratis principibus regionis civitatibus, iter
 suum Constantinopolem per Hungariam instituit,
 Ardebat tunc bellum in Tirolis, itaque mili-
 tes vias infestantes, in quorum manus incidere
 cum Venetias gradum referre coegerunt. Illi
 Professor quidam Patavinus in aliquorum nobi-
 lium induxit notitiam. Veneti diu ante, de
 constituenda in primaria urbe Schola Arabico-
 Turcica ad erudiendos futuros Interpretes,
 decreverant, ^{salomonem} eam ad id munus eligentes
 & inter nobilem legati Ruzini familiam ^{aficini} mise-
 runt Constantinopolim, ut & perfectiorem lin-
 gua Turcica notitiam acquireret, & libros ad
 Consiliū facientes ~~ibi~~ compararet. Postquam
 tres annos in studio linguarum Turcicae & Persicae
 profuisset, Venetis nihil de re ejus augenda desi-
 nientibus, discedendi facultatem petiit in Germa-
 niam rediturus. Quo audito, legati tum Magna
 Britannica ^{ta} Eques Sutton, tum ^{Gallia} Marchio de
 Feraiol, ^{ibus} quos familiariter apud erat nihil non
 egerunt ut sortem ipsius demulcerent, ~~mergendum~~

confilio avocarent; ille enim cum apud se in aula tan-
 quam nobilem retinere secum, hic vero in Galliam
 amplissima spe aliquid à ministris & rege obtinen-
 di; commendatum remittere voluit. Verum ipse
 vita & aliorum studiorum & arthum spectatus neutri
 praebebat aures. In Italiam autem Navigans longum
 & infaustum expectus est iter, ita ut inopinato casu
 Romam sit deportatus. Cardinalis Imperiali
 cui Salomonis Nomen cognitum ^{erat} ex ore cuiusdam
 Itali, qui Constantinopolim iverat, & tunc ejusdem
 Nepotis Principis de Franca Villa viverat
 institutioni, ipsum Romae retinere voluit. conjunctis
 ad id Tum ut de Congregatione propagandae
 [ut ipsi dicunt] fidei ^{enumerabat} ~~tenetur~~ in qua maxima
 uti etiam apud Papam valebat gratia, tum ut
 ipsius Nepos ab eo in lingua erudiretur Gallica.
 Conjunctis ad id cum Sylvio Kavallien ejusdem
 Congregationis à secretis viribus, adhibitis viris
 literatis & Romana prudentia asculis, nec non
 propositis magnis stipendiis, quae postea [ut est
 genium gentis ad fraudem & dolum nata] ne
 quidem media ex parte praestiterunt. Cathedra
 Professoris publici linguae Syriacae in Archigym-
 nasio Sapientiae Romanae, & Lectoris lingua

Annot.

Arabica in Collegio de Propaganda fide pro eo
 impetrarunt à Papa. Ille verò penuria laborans
 nullā ad persequendum iter superstitie pecunia,
 necessitate adactus illa duo munera usque dum
 vacaret lectum in Bibliotheca Vaticana, invitus
 accepit. Tempori itaque cedens, ne omnino
 rebus eorum (quæ non tam Christi quàm Papæ
 regni amplificandi gratiā peragi solent) sese
 immisceret, Ideam scribendi atque quævis adver=
 sus Religionem Mahometanæ proposuit. Applaudere
 illi quidem & Consiliū summopere laudarent; sed nec
 convenientiā subsidia subministrare, nec codices manu=
 scriptos domi concedere ipsi voluerunt; ille cum
 Bibliothecas in Vastissima civitate tempore caloris
 & pluviarum adire recusaret, executioni supersedit.
 Transactis sic otiose propemodū annis quatuor,
 conscientia stimulis perpetuo agitatus à moribus eorum
 & Superstitionibus abhorrrens, & sibi mentis vim inferre
 & animam periculo (cognari enim timebat) objicere,
 diutius nolit in Patriam, quò facilius obtineret,
 redeundi facultatem petiit, illaque sic obtentā,
 duobus fere abhinc annis ⁱⁿ Angliam ivit iterum;
 Providentiā modum ad iter suppeditante. Turbata
 erat tum ibi rerū facies, dum aliquid agendū quæreret

~~refugio~~ per amicos venit in notitiam D. Ant. Boemi
 pro fide Principis Georgij Dani fidei à sacris, hic
 cum humaniter ac Christiane excepit iuravitq, quin
 ut Halam Magdeburgi denuò rediret auctor ac impul-
 sor fuerit. Salomon Negri, Veteris amicitia, humanitatis
 & Christiani indolis eorum, apud quos jam degerat,
 memor facile in hanc sententiam adduci, pressus est.
 Spe ductus fore ut regioni & aeri sepe assuefacere, &
 ita reliquum vitæ cursum & peregrinationis finem
 demum facere posset. Quapropter, comparatis in
 Angliam & Batavia, quantum per angustam rem
 potuit, libris, ad linguas Orientales docendos apud Ha-
 lam venit. Verum spes cum sua ingensq, versus illi
 locum studium fefelleret. Nunquam enim adhibitis
 licet omnibus cautionibus vel aeri, vel cibo vel potui
 vel aliis etiam ipsi etiam vitæ commodis consuefcere
 par fuit. Cum itaque adversa ~~longus~~ valetudine
 per 16. menses, quos ibi transegit, semper steretur,
 & maiorem gravioremq, morbum extimescens, in
 Angliam tertio redire statuit. Hinc libris suis
 partim Orphanotrophis donatis, partim distractis, post-
 quam nonnulla in Arabicis prastitisset, providen-
 tia divina se, resque suas committens Londinum
 petiit.